

Andreas Helvigi

**Benedicto Salvatori Nostro Domino Jesu Christo, Scholarum Archisynagogo ac Praesidi summo, Theses Hasce, Ex Margarita Theologica Depromptas, & ad sobriae disputationis usum pietatisque exercitium in Ludo Berlinensi propositas, Primitiarum loco humiliter consecrat**

Berlini: Rungius, 1613

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757453082>

Druck Freier  Zugang






XXVI. 15.

838

Fa-3688<sup>16</sup> (R)

Universitäts  
Bibliothek  
Rostock



[27]

BENEDICTO SALVA  
TORI NOSTRO  
DOMINO IESV  
CHRISTO,  
Scholarum Archisynagogo ac  
Praefidi summo,

THESES HASCE, EX MARGA-  
RITA THEOLOGICA DE PROMTAS,  
& ad sobriæ disputationis usum pietatisque  
exercitium in Ludo BERLINENSI pro-  
positas, Primitiarum loco humiliter  
confecrat  
Andreas Helvigius Rector.



Habebitur *συνθεσιν* ad 24. d. Februar.

Berlini Typis Georgij Rungij,  
ANNO MDCXIII.

Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock

EX PRIMO LOCO,  
DE DOCTRINA CHRISTIANA.

THESIS I.

**D**octrina hæc quam profitemur, Christiana est, ab ipso autore CHRISTO nuncupata.

II.

Agit de vero DEO, de veris DEI cultibus, & de viâ Salutis æternæ.

III.

Præcipuæ ejus partes sunt: Lex & Evangelium.

IV.

Differunt hæ ab invicem tribus modis. Nam Lex naturaliter nota est; non ita Evangelium, quod peculiariter à Filio DEI nobis revelatum est. Illa promittit vitam & salutem, cum conditione perfectæ obœdientiæ; hoc autem gratis propter CHRISTUM. Illa monstrando & accusando perterret conscientias, denunciatione iræ DEI & æternæ damnationis: Hoc prostratas mentes erigit, annunciatione gratiæ & misericordiæ DEI in CHRISTO Mediatore.

V.

Veritatem & certitudinem hujus doctrinæ confirmat autoritas patefactionis & conservationis Divinæ: cui succurrit cum ipsa doctrinæ forma & efficacia, tum antiquitas & experientia, tum deniq; perpetuum Diaboli contra furentis odium.

VI.

Hujus doctrinæ penitus perdiscendę tria sunt velut instrumenta: *Oratio, Meditatio, Tentatio.*

VII.

Meditatio informatur Catechesi, & lectione S. Bibliorum:



rum : adjuvatur noticia linguarum, Philosophiæ & Artium  
dicendi, evolutione Patrum, deniq; Historiarum lumine.

VIII.

Effectus sunt: Vera Deiagnitio & invocatio, menti-  
um afflictarum certa consolatio, vitæ morumq; innocen-  
tia, & salus æterna.

IX.

Ab hac Doctrinâ procul distant omnes aliæ per Mun-  
dum religiones: quarum ad hanc nostram summa est im-  
perfectitudo juxtâ & impietas.

X.

Neque Patrum omnia indifferenter probanda, sed ad  
Verbi Divini normam exigenda sunt Scripta.


XI.

Fugiendum igitur & detestandum, quicquid ab hac  
doctrinâ, scriptis Prophetis & Apostolicis compræhensâ,  
discrepat.


**PROBLEMAT.**

1. An Vetus Testam. dici rectè possit Doctrina Christiana?
2. An certus Locorum Doctrinæ numerus dari possit?
3. An Lex naturaliter nota sit hominibus?
4. An, quum rectè dicatur, quod extra Ecclesiam non sit  
salus; Ethnici ad unum omnes æquè damnari credan-  
tur?
5. An ad religionis Christianæ certitudinem quicquam  
faciat linguarum consideratio? Affirmo.






















EX PRIMO LOCO  
DE DOCTRINA CHRISTI

THESIS I.

Doctrina hæc quam profitemur, Ch[risti] ipso autore CHRISTO nuncupata.

II.

Agit de vero DEO, de veris DEI cultibus æternæ.

III.

Præcipuæ ejus partes sunt: Lex & Ev[angelium].

IV.

Differunt hæc ab invicem tribus modaliter nota est; non ita Evangelium, quod à Filio DEI nobis revelatum est. Illa promissio, cum conditione perfectæ obedi-entia gratis propter CHRISTUM. Illa mon-stratio perterret conscientias, denunciatio- næ damnationis: Hoc prostratas mentes & gratia & misericordiæ DEI in CH[risto] atore.

V.

Veritatem & certitudinem hujus doctrinæ autoritas patefactionis & conservationis D[omi]ni currit cum ipsa doctrinæ forma & efficacia, & experientia, tum deniq; perpetuum Di- aboli odium.

VI.

Hujus doctrinæ penitus perdiscendæ tri- bus instrumenta: *Oratio, Meditatio, Tentatio.*

VII.

Meditatio informatur Catechesi, & lec- tione.

